

Cantica evangelica.

BENEDICTUS Dóminus, Deus Israël: * quia visitávit, et fecit redemptionem plebis suæ:

Et eréxit cornu salutis nobis: * in domo David, púeri sui.

Sicut locútus est per os sanctorum, * qui a sæculo sunt, prophetarum ejus:

Salútem ex inimicis nostris, * et de manu ómnium, qui odérunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum pátribus nostris: * et memorári testaménti sui sancti.

Jusjurándum, quod jurávit ad Ábraham patrem nostrum, * datúrum se nobis:

Ut sine timóre, de manu inimicorum nostrorum liberáti, * serviámus illi.

In sanctitate, et justitia coram ipso, * ómnibus diébus nostris.

Et tu, puer, Prophéta Altíssimi vocáberis: * præíbis enim ante faciém Dómini, paráre vias ejus:

Ad dandam sciéntiam salutis plebi ejus: * in remissionem peccatorum eorum:

Per viscera misericordiae Dei nostri: * in quibus visitávit nos, óriens ex alto:

Illumináre his, qui in ténebris, et in umbra mortis sedent: * ad dirigéndos pedes nostros in viam pacis.

Glória Patri, et Fílio, * et Spirítui Sancto.

Sicut erat in princípío, et nunc, et semper, * et in sæcula sæculórum. Amen.

MAGNÍFICAT * ánima mea Dóminum.

Et exsultávit spíritus meus: * in Deo, salutári meo.

Quia respéxit humilitátem ancillæ suæ: * ecce enim ex hoc beátam me dicent omnes generatiónes.

Quia fecit mihi magna, qui potens est: * et sanctum nomen ejus.

Et misericórdia ejus, a progénie in progénies: * timéntibus eum.

Fecit poténtiam in bráchio suo: * dispérsit supérbos mente cordis sui.

Depósuit poténtes de sede: * et exaltávit húmiles.

Esuriéntes implévit bonis: * et dívites dimísit inánés.

Suscépit Israël púerum suum: * recordátus misericórdiæ suæ.

Sicut locútus est ad patres nostros: * Ábraham, et sémini ejus in sæcula.


Ante horas


Secreto Pater noster, Ave Maria. In principio matutini et primae additur Symbolum apostolorum:



CREDO IN DEUM, Patrem omnipoténtem, Creatórem cæli et terræ. Et in Jesum Christum, Filium ejus únicum, Dóminum nostrum: qui concéptus est de Spíritu Sancto, natus ex María Virgine, passus sub Póntio Piláto, crucifixus, mórtuus, et sepúltus: descendit ad ínferos; tértia die resurrexit a mórtuis; ascendit ad cælos; sedet ad dexteram Dei Patris omnipoténtis: inde ventúrus est judicáre vivos et mórtuos. Credo in Spíritum Sanctum, sanctam Ecclésiám catholicam, Sanctorum communionem, remissionem peccatorum, carnis resurrectionem, vitam ætérnam. Amen.

Suffragium de omnibus sanctis.


II 
B e-á-ta De- i Génitrix, *



Virgo Ma-ri-a, Sanctí que omnes in


tercédant pro no-bis ad Dóminum.


VII 
S ancti omnes * intercédant pro no-bis


ad Dóminum.


ad Dóminum.


ad Dóminum.


ad Dóminum.

In fine horarum

Ÿ Dómine exáudi oratióem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

Ÿ Benedicámus Dómino. **R.** Deo grátias.

Ÿ Fidélium ánimæ per misericórdiam Dei requiescant in pace. **R.** Amen.

Secreto Pater noster.

Praeterea pro laudibus tantum:

Ÿ Dominus det nobis suam pacem. **R.** Et vitam æternam. Amen.

Antiphona finalis.

Ÿ Divinum auxilium maneat semper nobiscum. **R.** Amen.

Completorium

Ÿ Jube domne benedicere. Benedictio. Noc-tem quiétam et finem perféctum concédant nobis Dóminus omnípotens. Amen.

LECTIO BREVIS. Fratres: Sóbrii estóte, et vigilá- te: quia adversárius vester diábolus tamquam leo rúgiens circuit, quærens quem devoret: cui resí- stite fortes in fide. Ÿ Tu autem Dómine miserére nobis. **R.** Deo grátias.

Ÿ Adjutórium nóstrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Pater noster, secreto.

CONFÍTEOR Deo omnipoténti, beátæ Mariæ sem- per Virgini, beáto Michaéli Archángelo, beáto Joánni Baptistæ, sanctis Apóstolis Petro et Paulo, et ómnibus Sanctis, quia peccávi nimis, cogita- tióne, verbo et ópere: mea culpa, mea culpa, mea máxima culpa. Ideo precor beátam Mariám sem- per Virginem, beátum Michaélem Archángelum, beátum Joánnem Baptistam, sanctos Apóstolos Petrum et Paulum, et omnes Sanctos, oráre pro me ad Dóminum Deum nostrum.

Misereatur nostri omnípotens Deus, et dimíssis peccátis nostris, perdúcat nos ad vitam ætérnam. Amen.

Indulgéntiam, absolutiónem et remissionem pec- catórum nostrórum tríbuat nobis omnípotens et misericors Dóminus. Amen.

Ÿ. Convérte nos Deus, salutáris noster. **R.** Et avérte iram tuam a nobis.

Deus in adjutórium meum inténde. Sequuntur psalmi et hymnus.

Capitulum. Tu autem in nobis es, Dómine, † et nomen sanctum tuum invocátum est super nos: * ne derelínquas nos, Dómine Deus noster.

R. Deo grátias.

Responsorium.

Ÿ. Custódi nos, Dómine, ut pupíllam óculi.

R. Sub umbra alárum tuárum prótege nos.

Canticum Symeonis.

Orémus. Visita, quæsumus, Dómine, habitatió- nem istam, et omnes insídias inimíci ab ea lón- ge repélle: Ángeli tui sancti hábitent in ea, qui nos in pace custódiant; et benedictio tua sit super nos semper. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: qui tecum vivit et re- gnat in unitate Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum. **R.** Amen.

Ÿ. Dómine exáudi oratióem meam. **R.** Et clamor meus ad te véniat.

Benedicámus Dómino.

Benedicat et custódiat nos omnípotens et mi- sérícors Dóminus, Pater, et Fílius, et Spíritus Sanctus. **R.** Amen.

Salve.

Ÿ. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix. **R.** Ut digni efficiámur promissionibus Christi. Oré- mus. Omnípotens sempitérne Deus, qui gloriósæ Virginitatis Matris Mariæ corpus et ánimam, ut dignum Fílii tui habitáculum effici mererétur, Spí- ritu Sancto cooperánte, præparásti: da, ut, cu- jus commemoratióne lætámur, ejus pia interces- sióne, ab instántibus malis et a morte perpétua liberémur. Per eúdem Christum Dóminum nó- strum. Amen. Ÿ. Divinum auxilium maneat semper nobiscum. **R.** Amen.

Pater. Ave. Credo.